



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ
Deuotæ**

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

[In manu etiam imaginem animæ similitudinemq[ue] elucere. Colloqvium
LVIII.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

*Asinus.**Canis.**Felis.*

tentantur, pendere eas defluereque permittunt. Asini quoque quid patiantur auribus produnt atque loquuntur. Canes latrando iram effundunt. Felles caudæ suæ commotione modo iracundiam, modò blāditias præ se ferunt. Nullū denique animal est, quod non horū modorum vsurpet aliquē, cum animam & cor suum detectura sunt: homo autē longè plura signa cōsecutus est, quibus in corpore suo ostendere ac demonstrare possit, quid anima timeat, sentiat, patiatur. vnde reuera consequitur partem hanc, faciē dico, tabellam esse, in qua oēs animæ motus ac passiones viuis pulcherrimisque coloribus adumbrata cernantur atque spectentur: & quemadmodū in anima imago & similitudo Dei elucet, ita in vultu animæ effigiem & similitudinem apparere.

In manu etiam imaginem animæ similitudinemque elucere.

COLLOQVIUM LVIII.

THEO.

Videtur nunc & illud reliquū esse, ut quemadmodum ani-

mae

ma effigies ac similitudo manui quoque impressa sit, consideremus. PH. Næ tu ergo re difficilem aggredieris, & id quod mihi nunquam suspicari in mentem venire potuisset, manum summam cum anima affinitatem habere demonstrabis? TH. Confido ego futurum admodum, ut sub finem clarum ac perspicuum tibi id videatur, pleraque .n. opera Dei conditoris ita se habent, ut nisi bene ea ruminaris & exactissimè examinaris, vix ac ne vix quidem intelligere possis: age ergo nunc ab eo auspicemur, quod tu difficultatem habere aliquam non iniuria arbitraris. Ut itaque primum anima per uniuersum corpus diffusa, in singulisque partibus integra est, quæ proprietas rebus spiritualibus tantum conuenit: quæ non nisi integræ reperiuntur ubi sunt, nec in partes diuidi aut membra possunt dispesci, ita manus similitudine quadam & peculiari modo per totum corpus diffusa esse videtur: nihil enim admodum in uniuerso corpore reperias quod ea non palpet, non quando cūq; collibitum est attingat:

Q 6 & licet

*Manus
est in to-
to corpo-
re.*

*Arist. 1.
de ani.
S. Aug. 2.
de qual.
anima
c. 3. & 15.
Dion. c.
2. de di-
uin. nom.*

& licet pedes, oculi, auresq; pro toto corpore esse dicamus, illud tamē non cōcedimus, vbiq; ut eas reperiri afferamus: habent enim singulæ certum suum ac destinatum locum; manus verò omnia attrectat, vbiq; est, nec nisi integra agit, operatur, molitur. Cū oculus pedem intuetur, virtute tantū illic est, nec enim locum suum migrat; manus verò cū alicubi est, actu præsens est. Iā tres illæ animæ nobilissimæ facultates, quam clarè & perspicuè manu tibi repræsentantur? Nam voluntas, quæ animæ neruum ac robur appellamus, per arteriam seu pulsum significatur, qui manus virtutem ac fortitudinem vniuersam complecti videtur. Intellectum verò, qui lumen ac facifer animæ est, speciosissimè & argutissimè eo digito demonstram⁹, quem Indicē idcirco dicimus, quod cū aliquid notandū signandumq; est, eò id clarè ac euidenter indigemus. Memoria porrò sicut illud muneris consecuta est, ut arripiat, ut apprehendat, ut seruat, ita ceteri digiti quæ corripuerunt tenacissi-

Tres anima facultates in manū depicta.

Intellect⁹ se aliq; cognoscit.

ciffimè auferūt, & ablata diligētif-
 fimè student retinere. Iā intellectus
 etiā nō modo alia, sed se ipsū quoq;
 perfectiffimè cognoscit, q̄ nequa-
 quam oculus prestare potest, etsi in-
 tellectum figurat ac præ se ferat: li-
 cet enim alia corpora contem-
 tur, in se ipsum tamen reflecti nullo
 modo potest: voluntas desiderijs
 suis non in alias tantum res fertur,
 sed etiam in seipsam, quamuis lin-
 gua quæ vo'untatis figura est, id non
 repræsentat, quæ cibos, non autem
 se ipsam, potest degustare. Memoria
 & se ipsam, & res extra se positas
 pro obiecto accipit. Manus ergo,
 quo omnium harum proprietatum
 similitudinem sibi impressam esse
 ostendat, monstrant, tangunt, attre-
 ctant omnia, & se adeo ipsas pal-
 pant ac apprehendunt: pingunt il-
 læ, repræsentant illæ vt vniuersa,
 ita se ipsas, ligant omnia, ad se quo-
 que omnia restringunt, at in se ipsis
 etiam illud designant. Plato itaque
 animæ pulchritudinem, quasi vni-
 co lineamento accuratiffimè adum-
 braturus, & quomodo ea sibi ipsi in-
 abso-

*Manus
 pro se &
 pro alijs
 membri:
 agit.*

*Plato di-
 cebat a-
 nimā ex
 numeris
 composi-
 tam.*

Q 7

abso-

absolutissima proportione placeat
 ostensurus, numerum eam appella-
 uit, aut si maius è numeris compo-
 sitam esse demonstrauit. Porro eadem
 omnino similitudo impressa manui
 est, quippe quæ iustissima propor-
 tiõe & absolutissima venustate præ-
 dita, propriam sibi quodãmodo hæc
 laudẽ fecisse, & vindicare velle vi-
 detur. per manum autem non vnica
 tantum sed vtramque intelligo, sic-
 ut manum lauare nos dicimus, cum
 reuera ambas interim lotas arbitre-
 mur. Componitur ergo ea ex decem
 digitis, numero illo omniũ nume-
 rorum origine, & proportionum
 fonte, quippe cum reliqui vniuersi
 nihil aliud sint, quam huius multi-
 plicatio ac repetitio. Vndecim e-
 nim decem & vnum sunt, viginti
 bis decem, & sic in cæteris idem iu-
 dicium est. Et idcirco species pro-
 portionum aut pulcritudinis in hac
 parte reperiri nulla potest, quæ non
 hic velut in origine sua lateat &
 comprehensa sit. Ad huius proinde
 iam nunc imitationem manus fons
 & seminarium artium scientiarum-
 que

*Numerus
 denarius
 omnium
 numero-
 rum origo.
 Arist. 3.
 Phys. tex-
 tu com-
 ment. 61.*

que est, quemadmodum confestim
 dicitur. Potest ne ergo vlla pars
 corporis reperiri, quæ melius in-
 tellectus inuentiones repræsentet,
 dexterius voluntati pareat, aut fi-
 delius memoriæ thesauros afferuet,
 quam manus illa, de qua sermonem
 instituimus? an non hæc illa est,
 quæ ope modici atramenti, aut alio
 quopiam modo, cum bonum illi fa-
 ctu videbitur, abstractissima &
 maximè spiritualia intellectui re-
 præsentat? an non hæc illa est, quæ
 vnico verbo in exigua chartæ sche-
 da mille conceptus ingenij & sex-
 centas inuentiones depingit atque
 inuoluit, easq; in vniuersum mundū
 proijciens atque diuulgans mutis
 & inanimatis sermonem, voces,
 ac verba subministrare; characteri-
 bus, apicibus, literis, vt internūtijs,
 vt interpretibus, vt Mercurijs, vti
 videtur? an non hæc illa est, quæ ho-
 mines terris ac Oceano diuisis, ver-
 ba inuicem commutare, & familia-
 rissimè inter se colloqui facit ac
 conuiuari? quis admirandum hoc o-
 pus comprehendere, nisi experien-
 tia mon-

*Manus
 imago
 Intelle-
 ctus &
 cogita-
 tionum
 inter-
 pres.*

*Historia
iucura-
dissima.*

tia monstraret, & si experientia non adeo vulgaris foret, quis maius miraculū posset desiderare? Libet mihi hoc loco illud tecum in memoriam reuocare, quod anno supra millesimum quingentesimum septuagesimo secundo, à religiosa cuiusdam familiæ Patre, recenter ex Brasilia tunc aduentante mihi meminisse enarratum. Inquilinum ille eius loci nouum admodum nobili genere oriundum Europæum fuisse aiebat, qui aliquando ad vicinum suum eiusdē nationis itidemque nobilem sportulam recentibus ficibus oneratam, per pedisequum Peruuinum deportari iusserit, addit à scheda muneris indice. Puer in viâ sedans, curiositate quadam adducitur eas vt non modo contempletur, sed attingat etiam, degustet, ac contrectet; mandatum heri nihilominus exequitur, & munus quò mittebatur defert. Nobilis dono accepto ac liberis iuxta lectis, fraudem subodoratus, subridere, & largius paulo fructus prægustatos puero dicere: negare ille, protestari, stomachari: no-

ri: no-

ri: nobilis testimonium heri allegare qui numerum ficuum in literis sibi per scripsisset. Hic tum adolescens postquam chartam numerum indicare, & quid rerum gestum esset demonstrare animaduertit, admirari, stupere, hærere, adeò & lapides locutos putare, & potius diuinare, nec bilem velle augurari, & veritatem isthoc sermonis genere expiscari, quam ex literis istiusmodi aliquid rescivisse suspicari; pertinaciter proinde negare, & velut plausibili argumento rem diluiturus, contendere, chartæ nec aures esse nec os, atque ideo vana narrari, sibi mendacia affingi, fumos vendi. Nobilis ergo mirificè homine ita in stuporem dato, & propter insignem cõstantiam admodum recreatus, eum ad herum remittit, adiecta similiter scheda qua gratias pro dono agebat, & quid accidisset referebat. Eo itaque domum reuerso, & historia ab hero cognita, altum silentium, risus incredibilis oritur, & per tempus commoda famulo punitio reseruetur. Octo ergo diebus post eundem
cum

cum simili dono ac literulis ad prædictum nobilem ablegat, sporta non nihil firmitus quam ante obserata, ne denuo pedissequo furti occasio & aditus præberetur. Verum ille & mundum & homines ludos se nuper fecisse autumans, velut ex condito in corbem inuolat, ficus egerit, chartam cui sensum inesse fortè suspicabatur subtus inuentam, lapidi supponit, ipse insidens animosè epulatur, & haud aliquanto largius quam proximè helluatus schedam in locum reponit & iter profectur. Ergo cum humaniter à nobili exceptus fuisset, mox ab eodem obiurgatur, & quo manifestè se teneri intelligeret, quantum comederit, quomodo mandatum heri contempserit audit. Hic ille sudare, admirari, & iam velut subtiliorem sagaciorèque nobilem factum intueri, varia in animo voluere quomodo charta retrusa & abscondita, ignara etiam, quæ nec viderit, nec senserit, adeo manifestè edisserat; negare ergo, peiurare, & eundem quem nuper euentum sperare. Nobilis itaque

que homine dimisso & alia scheda tradita accuratè rem vniuersam complectente, acquiescit. Herus certior factus iuuenem flagris cædi iubet, clamitare ille, & nefactum fateretur, chartam mutam esse vociferari, latuisse etiam eam quid geri potuerit, & mirum esse quomodo ab ea accusatus delatusque sit. Ita videlicet omnes nos admirandum illud manuum opus suspicemus, nisi ipse vsus, ipsa consuetudo minus id nobis rarum faceret & obstupescendum. *Maius hoc miraculum est*, ait Diuus Augustinus, quod Deus vniuersum hoc gubernat & alit, quam quod olim quinque milia hominum, quinque panibus & duobus piscibus paut: & tamen prius non admiramur, posterius verò obstupescimus, non quod maius id sit, sed quod rarius & infrequentius: quotidiana enim experientia admirationem rerum mirabilium nobis aufert. Idem nos reuera de hoc dicere possumus, ac de innumerabilibus alijs, quorum existimatio parua apud nos est, propter eam

*August.
tract. 24
in Ioan.*

eam

eam causam quam modo iuimus assignatum. Porro idem hoc manus officium voluntati seruit, dum eius desiderijs morem gerit, & memoriam iuuat, dum infirmam excitat, & nonnunquam deficientem confirmat. Per literas enim quas manus pingit atque exarat, & per sexcenta alia seruitia quæ obit, quemadmodum postea dicemus, voluntas in effectum deducit quod fieri sibi expectat atque desiderat. Ita quoque exiguis istis apicibus & characteribus manu efformatis, mirum omnino est quantum memoria adiuuetur. Codicilli ac aduersaria nostra eam conseruant, & quæ sæpenumerò effugissent, per pugillares, per Ephemerides retinètur. Illud ergo quod Plato olim dicebat, videlicet literas memoriæ ruinam esse, de pigris ac ignauis tantum accipiendum est, qui vbi in tabellas suas quippiam retulerunt, iam omnia salua esse arbitrantur, & earum fidelitate freti, nunquam eas consulunt, nunquam memorię infigunt. Iam quemadmodum etiam Intellectus artes concipit.

pit atque excogitat, ita manus eas
 parit ac velut in lucem profundit.
 Atque hæc reuera causa est cur Ar-
 tamidorus artes per manum signifi-
 cari dixerit, quod videlicet illa vi-
 tam quasi ijs dat, dū ea tractat, dum
 exercet: & natura (ait post Aristote-
 lem Cicero) manum homini dedit
 vt artium instrumentum. Hæc ergo
 nunc ciuitates condit, agros colit,
 semina terræ credit, messem in hor-
 rea inuehit, vineas plantat, virida-
 ria extruit, ægris arteriam tangit,
 pulsum explorat, medicinas com-
 ponit, vulnera sanat, nomen & titu-
 lum artis Chirurgicæ inuenit &
 tuetur, astrolabia ad cælos mensu-
 randos concinnat, naues & lintres
 ædificat, rhedas & cisia fabrefacit,
 libros prælo subijcit, horologia ef-
 fingit, balistas & tormenta bellica
 parat, thoraces chalybeos conflat,
 enses cudit, lanceas acuit, tabulas
 pingit vt oculos delectet, instru-
 menta pulsant vt aures recreet, odo-
 res commiscet vt nares demulceat,
 culinæ erigit vt os oppleat, specu-
 laria oculis apponit, calceis pedes
 mu-

*Cic. 2. de
 nat.*

*Arist. l.
 4. de par.
 an. c. 10.
 Opera
 manuū.*

*Chirur-
 gia, id est
 manuū
 opus.*

*Manus
 generale
 sensuum
 instru-
 mentū.*

Manus est corporis ratio. Arist. de part. an. c. 10. ex Anax.

munit, chyrothecas induit, sexcenta vestimentorum genera magno corporis bono adhibet, & denique quid amabo quinque sensus nostri concipere aut apprehendere possunt, cui manus se non admoueat, non immisceat? potestne excogitari aliquid vbi illa non è vestigio Intellectum consequatur? potestne spiritus interius suggerere quippiã quod illa non confestim foris representet, velut ratio aliqua corporalis? vidit reuera hoc Anaxagoras ille qui hominem omnium animalium sapientissimum esse dicens, & causam dicti quopiam interrogante, aliam non assignauit, quam quod manibus præditus sit, viuis reuera Intellectus imaginibus, propter quem homo sapiens appellatur. Atque vt breue faciam, potestne membrum reperiri vllum quod melius potentiam illam representet, qua voluntas hominis liberrima aut in malum aut in bonum ferri potest? Diximus iam nunc alibi voluntati omnipotentis quandam imaginem à supremo illo Architecto fuisse im-

Manus voluntatem representat.

impressam, hanc radicem laudis esse, hanc scaturiginem vituperij, fontem vitiorum, & originem virtutum propter liberum arbitrium videri appellandam. Itaque si hoc etiam spectare & considerare volumus, reperiemus profecto manum multò ei esse quam simillimam: an enim illa luculentius suam quasi omnipotentiam, dum omnia quæ homines in mundo extruunt ac molliuntur, per ipsam fiunt, demonstrare potest? an non tonat illa, an non fulgurat in inferiore isto mundo dum balistas conflat atque exonerat? an non illa per ingenia furorem aquarum cohibet atque refrænat? an non illa metalla ex visceribus terræ protrahit, pisces è mari educit, aves in aere, bestias ferocissimas in terra domat, frangit, & gubernat? an non illa ædificia quæ extruxit, subvertit, domos quos erexit, subruit, vrbes quas condidit, demolitur? certè absque manu foret nec vires essent, nec arma haberètur, nec bella gere-
 ren-

rentur: non victoriæ referrentur, non hostes spoliarentur, non fœdera inirentur. Hæc cassidem capiti imponit, thoracem ferreum dorso applicat, parmam arripit, lanceas submittit, hastas versat, bombardas exonerat, iacula intorquet, & æquè eminus ac cominus sentitur: testes sunt illæ machinæ quas immortalis artifex & Mathematicus Archimedes excogitavit, & quibus Syracusas à florentissimo Romanorum exercitu defendit, hostem delusit, Marcellum Imperatorem eam obsidentem inhibuit: quibus modò ingentia nauigia, non aliter quam nos seta piscem solemus, in aerem educta confestim rursus in aquas deuoluit, euertit atque submersit: modò terribili at occulto impetu eminus rupes & mœnia impegit, vt in minutissimas partes dissoluerentur. Fabrefecit ille machinam ex genere balistarum, quæ vnico tantum ictu innumerabiles globos ac saxa in aera effundens cum horrendo sonitu, & ingenti Romanorū strage exonerabatur. Vnde tantus in exercitu ho-

Tit. Liu.
3. dec. l. 5.
& Plut.
in Marc.
Mirabilia ab
Archimede in-
uenta.

tu hostium metus confectus est, tantus horror propter vnus hominis manum coortus, vt cum vel funiculum vel asserem exiguum in muris prominētem conspiciebant, illico in fugam vertebantur, non aliter quam si iam Martem ac Mortem vidissent, clamantes Archimede[m] adesse, qui machinam in eos dirigeret & collimaret. Marcellus itaque Romani exercitus Imperator ingenia suorum artificum explodens ait, an ergo finem facturi non sumus contra Mathematicum istum Briarea dimicandi? qui per ludum naues nostras in aerem eleuatas mari immerfit, acies lapidibus suis diecit, exercitum sagittis confecit, castra machinis suis demolitus est, multò reuera centimanis illis Gigantibus fortior, quibus omnia Poetarum momenta crepant ac tonant? Et aduerte tu mihi hoc loco sis propter admiranda opera centimanum illum Gigantem fuisse appellatum: quod cognomen Homerus etiam soli imposuit, propter innumerabiles illius effectus, quos in hoc mūdo in-

R ferio-

feriore pulcherrimum istud astrum
operatur, Describit idem Poeta e-
undem gigantem non aliter quam
si centum manibus à natura auctus
fuiſſet, quo videlicet ostendat tan-
tum cum manibus suis effecisse
quantum centum vix ac ne vix qui-
dem præstare potuerint. Atque vt
aliquando in eodem Archimede fi-
lum hoc orationis incidamus, an
non fuit ille author & artifex cele-
berrimæ istius Sphæræ cryſtallinæ,
repræſentantis cælorum numerum,
planetas, & eorum epicyclos, mo-
tus & paſſiones ita accuratè & ad
viuum, ipsum vt cælum ad homines
in terras transportatum fuiſſe vide-
retur? & ideo Claudianus in epi-
grammate illo quod in huius operis
laudem composuit, concludens ait:
Hæc ergo nunc manus est quæ no-
bis ob oculos statuit, & pulcritu-
dinem intellectus, & vero et-
iam fortitudinem vo-
luntatis,

*Sphæra
cryſtalli-
na Ar-
chime-
dis.*

Manum